



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. xiiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Ex pœni-
tentiali
Romano.

QVI per ebrietatem vomitum facit, si presbyter aut
diaconus est, XL. dies pœniteat. Si monachus XXX.
dies pœniteat, si clericus, XX. dies, si laicus, XV.
dies.

Ex pœni-
tentiali Be-
da pres-
byteri.

De eadem re. Cap. XIII.

LAicus, si per ebrietatem vomitum facit, tres dies à ce-
ne, & vino, & ceruisia abstineat.

De illis qui per superbiam alios inebriat. Cap. XV.

Ex eodē.

SI quis per nequitiam alium inebriat, quadraginta dies
pœniteat. Quod si in consuetudine habuerit, commu-
nitione priuetur, donec dignè pœniteat, & emendationem
promittat.

Quod fugienda sit ebrietas. Cap. XVI.

Ex decr.
Clemētis
pap. cap.
35.

EBrietatem oppido prohibebat propheta, & ebrietas
corpore, & animo mortuos esse predicabat. De quibus
per exemplum aiebat: Vae qui consurgitis mane ad ebri-
tatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam, ut
non aestuetis. Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & nu-
num in conuiujs vestris, & opus domini nō respicitis, &
opera manuum eius consideratis. Et iterum: Vae qui potes-
tes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam
ebrietatem, qui iustificatis impium pro muneribus, & ius-
titiam iusti auferitis ab eo. Propter hoc, sicut deuorat
pulsam lingua ignis, & calor flammæ exurit, sic radix
eorum quasi fauilla erit, & germen eorum, vt puluis accē-
dit. Abiecerunt enim legem domini exercituum, & eloquia
sancti Israēl blasphemauerunt. Ideo iratus est furor domini
in populo suo, & extendit manum suam super eum, &
percussit eum, conturbati sunt montes, & facta sunt
cunicina eorum, quasi sterminus in medio platearum. In omni-
bus his non est aduersus furor eius, sed adhuc manus eius
extensa.

Item de ebrietate. Cap. XVII.

Sanctus
Isidorus
dicit.

EScæ crapulam, potus ebrietatem, generant. Ebrietas
autem perturbationem gignit mentis, furorem
inducit, flammam libidinis. Ebrietas ita mētem alienat, vt
nesciat. Vnde etiā malum non sentitur, quod per ebri-